



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOAN. SLOT. GEF.

reddi perspicatorem, & memoriã longè tenaciorem. Et vt adsit (quod tamen omnino de me affirmare non possum) eloquentia plana, mens profunda, memoria tenax, omnia tamen otiosa sunt, si non adsit spiritus sanctus, vim suppetitans, docens & suggerens omnia. Huius itaque præsidio, suggestione, & directione confisus, principiò docendū erit, verbum Dei à Deo reuelatum, in quo consistat, aut quid nomine verbi dei accipere debeamus, deinde probandum atque demonstrandum, idem verbum Dei, per eius ministros sufficienter semper ecclesiæ annunciatum, denique ipsam Ecclesiam Dei (quæ verbum istud sibi prædicatum retinet, & per spiritus sancti magisterium, rectè & intelligit & interpretatur) vnà cum verbo suo esse inuictæ & insuperabilis potentia.

CAPVT II.

Verbum
Dei quid.

PORRò ad cognoscendum, quid nomine verbi Dei accipere debeamus, animaduertendum est, verbū dei esse, quicquid ad Ecclesiæ vtilitatem, à deo

DE R
de reue
finitione
nicæ vtr
verum e
in quibu
uat quoq
rum defit
se verbum
& duntax
verbis de
nostram h
mus, ac ve
eorum m
strata. I
finitione
continud
quicquid
etiamsi in
enim que
cis reper
illis intel
sendum e
gendo, se
Verum d
pleamus

deo reuelatum est. Sub qua quidem de
finitione non solùm continentur cano
nicæ vtriusque testamenti scripturæ,
verùm etiam traditiones sacrosanctæ,
in quibus bona pars fidei cōsistit. Ener
uat quoque hæc definitio aduersario
rum definitionem, qua dicunt illud ef
se verbum dei, quod à deo reuelatum,
& duntaxat sacris scripturis, expressis
verbis demandatum est. Cæterùm vbi
nostram hanc definitionem, stabilieri
mus, ac veram esse demonstraerimus,
eorum mox apparebit conuulsa ac pro
strata. Porrò circa aduersariorum de
finitionem est obseruandum, non hoc
continuò dei verbum esse censendum,
quicquid verbum dei esse prætenditur,
etiãsi in sacris literis contineatur. Nō
enim quod scriptum in libris canoni
cis reperitur, sed quod rectè & sanè in
illis intellectum est, hoc verbum dei cē
sendum est. Scripturæ enim non in le
gendo, sed in intelligendo consistunt.
Verùm de hoc alibi copiosius, nunc im
pleamus quod polliciti sumus.

Cap.